sit predicatur. Ea vero q̄ in medio sunt extremo-  
rum subalterna vocātur genera et sp̄s et vnu/  
quodq̄ iporū gen⁹ et sp̄s esse possunt ad ali-  
ud qđem et ad aliud sumpta. Ea vero que sunt  
ante speciālissima vsc̄z ad generalissimū ascēden-  
tia et genera dicūtur et sp̄s et subalterna ḡna  
Ut agamennon et atrides et Pelopides et  
tantalides et ad ultimum Jouis

Queritur. Utrum vniuersalia intermedia  
in unoquoꝝ predicamento duas habent habitudines  
et extrema vnam solam. ¶ Arguitur primo q̄ non  
quia intermedia sunt vniuersalia. vniuersale autem est pre-  
dicabile-predicabile vero dicit solum habitudines ad sub-  
iectibile quod est inferius sibi. ergo intermedia solū habent  
vnam habitudinem. ¶ Secundo sic. Species speciā-  
lissima est vnum de extremis. et tamen habet habitudinē  
ad genus fīm quam species sive subiectum dicitur. et etiā  
habet habitudinem ad individua fīm quāz vniuersale seu  
predicabile dī. ergo duas h̄z habitudines. In oppositū  
est Porphyrius in p̄senti libro

Sciendum est primo. q̄ in unoquoꝝ pre-  
dicamento necesse est vnum supremum esse quod genera-  
lissimum dicitur. et plura specialissima. et plura intermedia  
que subalterna vocantur. Latus ratio est. quia ascensus  
fit per collectionem que est multorum in vnum. sed desce-  
sus fit per divisionem que est vnius in plura particulae

¶ Sciendum secundo. Q̄ supremum in quoli-  
bet predicamento ideo vocatur generalissimum. quia nō  
habet supra se genus superuentiēs. sed infimum dicitur spe-  
cialissimum. eo q̄ non habet sub le aliquid p̄mutare quod  
diuisibile sit in partes subiectivas.

Sciendum est tertio. q̄ in unoquoꝝ pre-  
dicamento reperitur generale generalius generalissimum.  
speciale specialius specialissimum. Cum enim hec intentio  
generis dicat ordinem inferioris ad superiora. quanto ex-  
go ad plura superiora est. tanto generalius est. Etiam hec  
intentio species dicit ordinem inferioris ad superioris. ideo  
q̄to aliquid inferioris est tanto specialius est.

Sciendum est quarto. q̄ in unoquoꝝ predi-  
camētū illa que inter pīmū quod generalissimum di-  
citur. et infimum quod specialissimum dicitur sunt media.  
et sunt eadem in substātia. ad aliquid et ad aliud tamen  
comparata sunt genera et species. et hec vocātur subalter-  
na. non capiendo subalternum ut solum dicit aliquid sub  
altro natūrā. sed ut dicit illud quod subalternum ordine  
superioris et inferioris formaliter possum est. Et ista que  
dicta sunt declarat Porphyrius faciens arborem quandā  
predicabilium de genere substātia. et p̄formiter posset fi-  
eri de alijs predicamentis. que quidem arbor clare subse-  
quitur hic fīm formam terrae. ¶ Si vero dicat aliquis  
q̄ sit repugnātia in adiecto dicendo genus subalternum  
q̄ gen⁹ dī superpositionem. subalternum vero suppositio-  
nem Respondeat q̄ nō est repugnantia. quia ab alio habet  
aliud quod est genus. et ab alio q̄ sit subalternum. dī  
citur enim genus per habitudinem quam habet ad inferio-  
ra. et subalternū per habitudinem ad superiora

Sequitur arbor Porphiriana

L. i.

## Predicabilia

# Borophirif

## Arbor Porphyriana

Sortes

Plato. Compō ex natūra et suppoīto

290

Dortale

# Immortale

## Animal rōnale

## Rationale

## Irrationale

## Animal

## Sensibile

## **Insensibile**

## *Lorpus aiacum*

## **Zpímatū**

## Inanimatū

## **Corpus**

E 02002ea

## Incorporation

## **Substantia**

Lōpō ex Ens extra  
ēte z eēntia

**Compō ex ge-  
nere & dūctia**

**Conclusio.** Intermedia habent duas habi-  
tudines. extrema vero una solam. Conclusio satis præ ex-  
dictis. Et si obiectat aliquis quod suba que est genus genera-  
listimū habet habitudinem ad aliquid superius scilicet ad ens.  
Responde Porphi. quod non habet habitudinem ad aliquod su-  
perius quod est genus. quia ens non dicitur uniuoce de de-  
cem p̄dicamentis

**Dubitatur primo: vtrum intermedia inter genus generalissimum et speciem specialissimam in aliquo ordine pdicamentali sint mediae eodem modo. sicut colores medijs per participatorem extremos.** Rudeusq[ue] non immo multiplex est divisionis inter haec media et illa prima divisione. q[ui] colores medijs causant principiant a principiis et causis extremis. ideo in natura posterioribus sunt virtus extremo. et dicuntur media per participatorem virtutis extremos. Media autem inter generalissima et specialissima non causant ab virtutis extremo. ideo non sunt posterioribus virtutibus. Nec debet dici media per participatorem virtutis. sed detinet dici media posterioriter et ordinis inter extrema. Uniusq[ue] solititer medium est in suis extremis. et in ipso medio est ultius illud quod est posteriorius eo. ideo supremum est principium medij. et medium est principium

ut postremi. Alia dñitria est. qz colores medij nō partit  
cipant extremos essentialr. sed solū g quādam mixtionez  
carum extremoz. Sed medij inter generalissimum z spē  
lissimum essentialr participat generalissimum z participatur  
a specialissimo

**Dubitatur secundo.** Qualis diuisio est cum  
genus diuiditur in genus generalissimum et subalternum  
et similius queris de diuisione speci. Ruler dñs Albertus  
qz est diuisio subiecti in accentia qz generalissimum et subal-  
terni non sicut rōnes accidentiū suppositōis et supraposicio-  
nis in fali ordine pdicabilii

**Dubitatur tertio.** *Utrum ab eodez habeat*  
*sp̄es q̄ dicat sp̄es, z q̄ dicat sp̄ealissima, vel q̄ dicat p̄dica  
bile de pluribz numero differentibz.* Respondeſ q̄ nō. qz  
dī sp̄es ex eo q̄ ipa generi ſupponit. z dī sp̄ealissima. nō ex  
eo q̄ libi nō ſupponit sp̄es, ſed ex eo q̄ fm totā ſubſtantia  
er p̄m potestate eſt in quolibet individuo z multiplicabilis  
numeralt p̄ materie diuiniōne z tota ſubſtantia cuiuslibz  
individui exiſtent hater q̄ p̄dicitur de pluribz differentiis  
bus numero in eo qd̄ quid eſt.

**Dubitatur quarto.** *Utrum sp̄es sp̄ealissime possunt esse infinite.* R̄ūderetur ad dubium q̄ a Porphyrio dicitur q̄ genera sunt in numero finito et sunt naturam et quo ad nos sunt enim decem in numero. et omnes predicabiles propter dicendum sub aliquo ipsoz p̄tinetur. et non possunt ista reduci ad aliqd ymune vniuersitatem. ideo ut hater textus. quis genus logicum habeat in multis similitudinē cum genere ciuii non tamen in omnib⁹. Et ad istam p̄petratē reperitur dissimilitudo. qz in ciuilibus omnes generi possunt reduci ad unum patrem. sed non omnes sp̄es possunt reduci ad unum generis. Sequitur de textus q̄ sp̄es necessario sunt in maiori numero q̄ generis. qz descendens a generalissimo ad spealissimum descendit dividendo. Non sunt ramen sicut naturam neq̄ ex potentia nec actu infinite. sed tene sunt infinite quo ad nos. Et si queratur quare non sunt infinite sicut naturaz nec possunt esse infinite. Rō est. qz nullus est genus cuius potestas est infinita. qz generis potestas formalis est et non materialis. ideo p̄ divisiones formales dividit p̄ quas p̄stiz evuluit sp̄es. modo de ratione forme est finire. ideo sub genere non possunt esse infinite sp̄es. Ulterius de Porphyrio q̄ inde vidua non sunt actu infinite. qz ut hater tertio physiocrorum Impossible est esse aliquam multitudinem actu infinite. sicut in infinita quo ad nos. qz nos non cognoscimus numerum ipsorum. sunt etiam infinita in potentia sicut naturā. Luius rō est. qz multitudine dividitur p̄ divisionē materie. qz q̄dem divisio materie sit per accēntia dividuātia q̄ accidēntia communia sunt modo talia non repugnat esse infinita. et de ratione de q̄ infinita vniū accidit. Et iō dividua sicut naturā possunt esse infinite. qz omnis ars qz refutat infinitū qz ē in comprehensibile. ideo descendente a generalissimis ad spealissima iuxta plato quiescere.

**A**drationes ante oppositū. Ad primam  
dīcō intermedia nō sunt solū p̄dicabília. sed etiā subūcī-  
bilia. et in cōtū sunt subūcībilia nō dētent diel vīla. **A**d  
secūdā dīcō sp̄s ad indīvidua bēne hater habitudinē p̄re-  
dicabiliſ fīm dīcō et dīcīs.

**Sed** in familijs plerūq; ad vnu reducuntur  
principiū. verbi gratia ad iouē. In generib; aut.  
et spēbi non sicc habeb; negatū est vnu cōe ge

nus omnium ens. nec omnia eiusdem generis sunt sicut supremum genus quae ad modum dicit Aristoteles. sed sunt posita quae ad modum in predicti camētis dictū est. prima decē genera quasi de ceteris principiis. vel si omnia quae entia vocē equi uoce inquit nūcupabit non vniuocē. Si enim vnuōcē cōmune esset omnis genus ens. vniuocē oīa entia diceretur. cū vero sint decē prima principia. cōmune sicut nomē est solū non etiā sicut de finitionis ratione que sicut nomē est. Decem vero generalissima sunt. specialissima vero in numero quodam sunt. non tamen in definito Individua aut que sunt post spēalissima infinita sunt. Quia propter vñq; ad specialissima a generalissimis descendēt iubet plato quod cōscere descendēt aut p̄ media diuidēt specificis differentiis infinita inquit relinquēda sunt ne quod enim horū posse fieri disciplinam.

Queritur Utrum ens sit genus ad decē predicamenta. Arguitur primo quod sic quia ens est universale respectu decē predicamentorum. et nō est spēs vel differentia. nec p̄ p̄tū nec accidens. ergo est genus. Secundo sic ens p̄dicat de subā et accidēt et nō accidit aliter. Et subālitter et non vt spēs vel dīntia. ergo vt genus. Tercio sic ens p̄dicat de plurib; differentiis specie in eo quod quid est. vt de homine et de equo. ergo est genus. Quarto sic ens est vnuocē ad subā et accidens. ergo est genus. Tūs p̄baſ. quod q̄nūc intellectus noster certus est de uno et dubius est de alio necessario est alius pceptus sicut quod est certus et alius sicut quod est dubius. sed intellectus noster certus est quod subā est ens. sed dubius an cōstans sit ens quod est subā. ergo necessario pceptus entis est alius et alius a p̄prio conceptu substantie et a p̄prio conceptu accidentis. et ille pceptus entis unus est cōmuniis ad subā et accidens. ergo ens est genus vnuocē ad substantiam et accidentem. Probat hoc idem. quod intellectus noster nō p̄t venire in pceptum substantie nisi p̄ remotionem accidentis. ergo necessario est ponere substantiam et accidens habere vnuocatōem in aliquo p̄mū. Consequētia tener. quod impossibile est nostrū intellectū venire de pceptu unius in pceptum alterius. nisi illud ex quo deuenit alterum p̄tineat essentialiter. vel habeat vnuocatōem cum ipso. sed accidens nō p̄tineat substantiam essentialiter. ergo op̄tū quod vnuocē cū substantia. Et assumptum p̄batur. quod si p̄ueniremus in dīceptum substantie p̄ p̄tū eius lequeret quod nos possemus iudicare de p̄sentia et absentia substantie in sacramento altaris. quod falso est. Et ille sunt due rōnes fortiores quas adducit Scotus tenens vnuocatōem entis. et adhuc p̄ma fortior est. In oppositū est Por. In p̄sente capitulo de specie sic dicens. Nec enim est vnuōcē genus cōmune omnium ens neque oīa eiusdem generis sunt sicut vnuōcē supremum genus. et allegas Aristotelem subdit quod si quis omnis entia vocet equiuocē nūcupabit et non vnuocē. Pro breviori responsione ad quicquid ponitur.

Conclusio prima. Ens nō dī vnuocē de substantia et accidēt. Probat. quod ens imponit ab actu essendi. sed actus essendi nō p̄metit equaliter substantie et acciden-

ti. quod substantie p̄mo et simpliciter p̄petit. accidēt vero p̄ postea et sicut quid. et p̄ substantiam et in substantia. ergo ens nō dī vnuocē de substantia et accidēt. Secundo arguitur Porphyrius arguit. si ens una rōne dicereatur de subā et accidēt. sequeret quod omnia essent unius generis. et p̄ consequētus op̄teret quod omnia essent substantia vel quod oīa essent accidēta quod falso est. Item si ens dicereat vna rōne de substantia et accidēt. sequeret quod aliquid substantiae p̄ eandē rōnem qua est in substantia esset in accidēt. et similiter quod ali quid quod est in accidēt esset in substantia. et ita substantia nō solum esset ens p̄ se. immo esset etiā ens in alio. et accidēt non solum esset in alio ens. immo etiā p̄ se esset ens. Ex hac conclusione sequitur quod ens de subā et accidēt non p̄dicitur p̄dicatione generis. cū non sit vnuocē. sed p̄dicatione analogie. Qd̄ sic probant ph̄i arabes. quod bene legitur. si corpus animatum est corpus est. et si corpus est substantia est. sed non sequitur si substantia est. ergo ens est. ergo ens nō p̄dicitur de substantia p̄dicatione generis. Tener sequentia. quod si ue aliquid sit ens sive nō. semper genus sequitur ad positionem spēi. cum sit de intellectu et rōne plus. et ideo nō intelligitur spēs quin intelligatur genus. sed posita substantia non p̄pter hoc ponitur ens. ergo ens nō est genus. Nam cum ens absolute dicatur non intelligit ens nisi actu existens. Posset tū nū fieri distinctionis facta de ente. sed p̄ mē supponitur. Si tamen ens p̄t est essentias cui accidit actu esse. ista bene esset vera. substantia est ens. dāto quod substantia actu nō existat. et cum si p̄dicat de substantia p̄dicitur vt idem cū ea. Et similius cuz p̄dicitur de alijs generib;. quod illo modo ens dictum dūcidit in decem genera. nō tamen p̄ dīntias formales. sed p̄ modos essentiales et intrinsecos. et sic p̄dicitur vt idem cū aliquo genere quando de ipso p̄dicatur. ideo nō p̄prie p̄dicitur substantia et aliter neq; accidentaliter. quod non p̄prie p̄dicitur. Et per hoc solvitur secunda rō ante oppositū et triam. tercīa. quod cuz ens p̄dicitur de homine et de equo p̄dicitur vt tē cum substantia. Si vero p̄dicaret de differentiis specie diversorū generū non p̄dicitur vnuocē sed analogice. sicut neq; vnuocē p̄dicitur de subā et accidēt. sed analogice. quod substantia veriori modo dicitur ens quoctū modo captendo et accidens.

Conclusio secunda. Ens non dicitur pure et vnuocē sed analogice de substantia et accidēt. Probat p̄mo autoritate ph̄i quarto metaphysice dicentis quod ens multipli citur dī. sed ad vnam quādam naturam. Et p̄baſ auctoritas rōne. quod entium est naturalis ordo et respectus ad vnuōcē p̄mū et ad vnuōcē naturam. sed substantiam in qua et a qua halent alia quod dicitur entia. Nam accidens nō dicitur ens simpliciter. sed solum dī ens. quod est entis vel mensura vel dispositio vel aliqua alia habitudo. ergo ens nō dī pure equo. sed p̄ analogiam sive p̄pōtōem. Ideo dī Aristoteles quarto metaphysice quod ens dī de entib; sicut sanitas de sanis que dī p̄ analogiā quā habet ad verā latitudinem quē est in animali. et quod in vnuōcē. et quod in medicina et cō-

Conclusio tercīa. Ens nō est genus ad decē predicamenta. Parat quod genus vnuocē est ad suas spēs et ad ipsas per differentias formales sibi extraneas contrahitur que enti nō p̄ueniunt. ergo tē. Nihil est enim quod rōne entis subterfugere possit. ideo ens nō p̄t contrahi per dīntias sibi extraneas. sed contrahi ad decē p̄dicamenta. p̄ modos essentiales et intrinsecos. qui nō ponunt in numerū nec sicut rem nec sicut rōnem p̄tra ipsum ens. Ideo dī

# Predicabilia

# Borphirif

phus tertio metaphysice. q̄ ens statim efficit substantia et acc̄s. q̄ nō trahit ad substantiam et acc̄s q̄ aliquod extra ipsum existens. Et illi modi intrinseci sunt q̄ se esse et in alio esse. et ille modus sc̄z in alio esse adhuc nō reperitur vniuersitate in nouē generib⁹ acc̄ntis. ideo ens nō s̄ vniuersitate de ipsi⁹ si et generaliter reb⁹ diversis predicatione⁹ nihil est cōmune vniuersum.

**A**d rōnes aīn oppositū. Ad primā p̄cedit q̄ ens est vle p̄mūnter dictum. sed nō est vle p̄prie dictum. Secunda et tercia solute sunt. **D**uo solutioē quarte rōnes est aduertendū q̄ ponentes analogiam entis diversificati sunt. q̄ s̄m quosdā entis nō est unus simplex cōceptus aliis ap̄ri⁹ p̄ceptibus decē generū. sed est vñ⁹ los⁹ lus p̄ceptus vniatate ordinis et p̄portōnis ad p̄mū subiectum qđ est substantia. et ita ea sunt conceptus entis quae sunt genera. Facientes enī vñ⁹ p̄ceptū vniatate attributioēs et p̄portōis ut dictū est. sub qua vniatate hoc nomē ens faciat decem genera. Et tunc respondent isti ad rōnem q̄ p̄ceptus decē generū duplē accipi possunt. Uno mō s̄m distinctōem quā hant ad inuicē. et hoc mō de h̄mōi cōceptib⁹ dubius ē intellectus an se certitas vel substantia sic ens vel nō ens. Alio mō possunt considerari s̄m attributioēm et analogia quā haber ad inuicē et ad vñ⁹ primū. et h̄ modo intellectus certus est q̄ certitas est ens. et q̄ substantia est ens. Alij vero sic ponunt analogiam dicentes. q̄ enīs est unus simplex p̄ceptus et p̄mūnis p̄ter p̄ceptus p̄ prios decem generū qui faciatur p̄ hoc nomen ens. sed non participatur nec participabilis est vniiformiter a substantia et a cōcētē. Et ita ad rōne dicendo p̄cedit q̄ alias est cōceptus ap̄ri⁹ substantie a p̄ceptui acc̄ntis. sed est unus p̄ceptus. nō tñ vniatate vniuersitatis sed analogie. q̄ non est vliter vniuersitate participabilis. **A**d vñ⁹ aīn secundā Scoti. p̄baōem dī que sit de acc̄ntē. q̄ hoc determinare physici est. Negatur tñ sequentia. q̄ acc̄dens ex quo ē effectus substantie et attributōem habet ad substantiam q̄ dāmodo et virtutaliter pertinet substantia. et maxime acc̄ns ap̄ri⁹ cuius p̄ncipia adequate sunt p̄ncipia subiecti. et ideo ex cognitōe accidentis ap̄ri⁹ possumus deuenire in cognitōem substantie absq̄ hoc et ponenda sit vniuersatio substantie et acc̄ntis in ente.

Descēdēntib⁹ autē ad specialissima. necesse est diuidentem per multitudinē ire. ascēdēntib⁹ vero ad generalissimā necesse est colligere multitudinem. collectiū em̄ multorū in vñā naturam sp̄es est. et magis id qđ genus est. particularia vero et singularia semp in multitudinē econtrario diuidunt qđ in vñum est. Particūpatione sp̄ei plures homines sunt unus homo particularib⁹ autē unus et cōmūnis plures. diuisiū em̄ est semp qđ singulare est. collectiū autē et adunatiū qđ cōmūne est. Assignato autē genere et sp̄e quid sit vtrūq̄ et genere quidē vno. sp̄ebus vero plurib⁹. semp em̄ in plures sp̄es diuīsio generis est. genus quidē semp de sp̄e p̄dicatur. et om̄ia superiora de inferiorib⁹. Sunt autē neq̄ de proximo sibi genere neq̄ de superiorib⁹ neq̄ em̄ p̄ueretur. Oportet autē

equa de equis p̄dicari. vthinnibile de equo. aut maiora de minorib⁹. vt aīal de hoīe. minora v̄o de maiorib⁹ minime. neq̄ em̄ aīal dicis esse hominē. quēadmodū hominē dicis eē animāl. De q̄bus autē sp̄es p̄dicatur. de his nccārio et sp̄ei genus p̄dicabitur. et generis genū usq̄ ad generalissima. Si em̄ verū est socrate⁹ hominē dicere. hominē v̄o aīal. aīal v̄o substantiā. verum est et socrate⁹ aīal dicere atq̄ substantiam. semp em̄ supiora de inferiorib⁹ p̄dicantur. et sp̄es qđē de indiuiduis p̄dicabitur. genū autē et de sp̄e et de indiuiduo. generalissimum autē et de genere et de generib⁹ sic plura sint media et subalterna et de sp̄e et de indiuiduis. Dicit autē generalissimum qđē de om̄ib⁹ sub se positis generib⁹ sp̄ebusq̄ et indiuiduis. genus autē qđ ante sp̄ealissimum est de oīib⁹ sp̄ealissimum et indiuiduis. solum autē sp̄es de om̄ib⁹ indiuiduis. Indiuidū autē de vno solo particulari p̄dicat. Indiuidū em̄ socrates et hoc albi⁹. et hoc veniēs et suffronici filius. si solus sit ei socrates filius. Indiuidua ergo dicuntur h̄mōi. qm̄ ex p̄rietatib⁹ p̄sistit vñ⁹ quodq̄ eoz. quarū collectio nūquā in alio eadē erit. socratis em̄ p̄prietates nūquā in alio quolibet erūt particulariū he vero que sunt hoīis. dico autē eius q̄ est cōmūnis. p̄prietates erūt eedez pluribus. magis autē in om̄ib⁹ particularibus hoīibus. in eo q̄ hoīes sunt. Continetur ergo indiuidū qđem sub sp̄e. sp̄es autē sub genere. totum em̄ qđē ē genus. indiuidū autē pars. sp̄es vero et totum est et pars. sed pars qđē alterius. totum autē nō alterius sed alijs partib⁹ em̄ totū ē. De ḡnē qđē et sp̄e et qđ ḡnālissimum. et qđ sp̄ealissimum. et qđ ḡnā eadē sp̄es sunt. q̄ etiam indiuidua et q̄ modis genus et sp̄es dicātur sufficiēter dictū est.

Querit consequēter. Utrum diuīsio gene‐ris semp sit in plures species. Arguitur q̄ non. quia vniuersale definitur p̄ aptitudinem essendi vñū in multis ergo ad hoc et aliquod sit genus non opozit et habeat plures sp̄es sub se. Secūdo sic. si soliēnt homines et nō alia animalia adhuc h̄c ordinata p̄ dicatio generis de specie. dicendo homo est animal. ergo diuīsio generis non semp necessario sit in plures sp̄es. Tercio sic. ad esse sp̄ei suffici vñicum indiuiduū. ergo a simili ad esse generis sufficie vñica sp̄es. In oppositū est Porph. sic dices. Semper em̄ in plures sp̄es diuīsio generis est.

Sciēdūm est primo. q̄ descēdēntem a generalissimo ad sp̄ealissima necesse est per diuīsionē in multitudinem ire. cum talis descensus sit per diuīsionē. diuīsio autē que sit per opposita est causa multitudinis et econſ

verso necesse est ascendentē a spēalissimū p collectione multarum spērum in vnu aliquod procedere. quia illud quod p̄mū est semp̄ est collectiū multoz̄ ut spē colligit induitua et spē in vnam naturam genetis colliguntur. Et quia genus p̄mū est spē. ideo ē magis collectiū et adunatiū.

**S**cierendum secūdo Q̄ quis colligere et ad unare sunt idem fm̄ rem. differunt tamē fm̄ rōnem. qz col lectio incipit a multis et terminatur ad vnu. ideo dī collectio multoz̄ in vnam adunatio. sed adunatio incipit ab uno et terminat ad multa que in uno vniūt. Et ut magis videat qualiter aliqd est collectiū multoz̄.

**S**cierendum est tertio. qz multi sunt collectiōis modi. Est em̄ qdam collectio plurū in vnu locū continentē tm̄ et non vniēte. et hoc modo plures lapides dicitur esse collecti in vnum acerui. Et quia ibi non est pfecta adunatio. ideo in talib⁹ nomē collectiū de partib⁹ sue collectionis non pdicatur. ut nō dī qz iste lapis est acerui. Alia est collectio sub uno mouēte et ad vnu finē. ut est collectio exercitus sub uno p̄ncipe ad vnum finem qui est vtcōia. et ibi est maior adunatio qz in p̄cedēti. tamē adhuc non est pfecta. ideo non pdicatur nomē collectiū de partibus sue collectionis. ut non dicitur qz vnu miles sit exercitus. Alia est collectio partium integralium in vnaqz figurātis perfecte ut partes domus colliguntur in vnam figuram domus. Sed quia hec forma sive figura non est in partibus diuisim. sed coniunctim sumptis. ideo non pdicatur nomē collectiū de partib⁹ diuisim sumptis. Unde hec non est vera partes est domus. Alia est collectio plurū potestatu⁹ sub uno teto potestatu⁹. sicut potestates ducim⁹ et baronū colliguntur sub potestate regis et adhuc ibi non est pfecta adunatio. quia totum potesta riū non est fm̄ totam potestatem in qualibet parte. et ideo non pdicatur de qlibet parte. sicut nō dī dux est rex. Et sic in istis collectiōib⁹ non est vnu simpliciter perfecta pars in forma totius. quia forma totius non saluat tota in qualibet parte. quare non pdicatur de qualibet parte. Sed alia est collectio simpliciter pfecta qua sez forma totius perfecte colligit et vnit partes sic qz est tota in qualibet parte vel fm̄ essentia et potestatem. sicut spē vel fm̄ essentia et non fm̄ totam potestatem. sicut est gen⁹. Et ideo talis forma pdicatur de suis partibus diuisim sumptis. Et quāvis genus sit plurū collectiū et adunatiū qz species. est tamē spē magis et perfectius in suis partibus qz genus. quia fm̄ totam essentia et potestatem est in qualibet parte. Et sic par⁹ qualiter genus est collectiū plurū specierum. et spēs induitua⁹. Et qualiter intelligitur illud quod dicit textus. Participatio spēi plures homines sunt vnu homo. non enim sunt vnu homo vnitate numerali sive individuali. sed sunt vnu hō vnitate spēi et nō numerali.

**C**onclusio. Diuisio generis semp̄ est in plures species. Probarur. quia diuisio generis fit per differentias formaliter oppositas. opposita autem non possunt formaliter esse actu in eodem. ergo om̄is diuisio generis fit in plures species.

**D**ubitatur Utrum species de genere et in dividuum de specie pdicetur. Et videtur qz sic. quia iste

sunt vere aliquod animal est homo. et aliquis homo ē sc̄es. Oppositum ratione dicte textus. Ad dubium respondetur cum textu qz neqz species de genere nec individuum de specie directa et ordinata predicatione pdicantur. Luius ratio est. quia in predicatione ordinata oportet predicatum esse actu in subiecto vel tanquam aliquod de essentia vel tanquam accidentis. Sed species non est actu in genere nec individuum in specie. ideo dicit textus oportet autem equa de equis pdicari. ut proprietas de subiecto et maiora de minorib⁹. minora vero de maiori bus minime. Et ad obiectiōem dicitur qzbi nō est directa et ordinata predicatione

**D**ubitatur: Utrum collectio septem accidentium individuantium sit de essentia individui. Et videtur qz sic. quia a tali collectione habet individuum qz est in se individuum et diuisum a quolibet alio. ergo est de essentia eius. Sed in contrarium arguitur. quia si sic in dividuum non esset vnu per se. sed magis per accidentem aggregatum sive ex naturis diuersorum predicationez. Ad dubium respondetur. qz dividuum de genere substantie materialis potest dupliciter considerari. Uno modo naturaliter. et hoc modo illa accidentia non sunt de essentia eius. et isto modo non differt individuum a specie nisi ratione. sicut signatum et non signatum. Alio modo potest accipi dividuum pro illa discretione seu dimensione et diuisione ab altero. Et quia hec discretio fit per talē collectionem que nūquā in alio eadem reperiri potest. ut dicit textus. ideo illa collectio est de essentia individui hoc modo accepti. Et per hanc distinctionem solvuntur obiectiones facte ab vtraz parte. Et etiam solvuntur dubium. utrum dividuum in substantiis materialibus addit aliiquid real supra speciem. Et similiter solvit aliud dubium quod solet fieri vtrū in pdicatis substantijs natura et suppositū re aut rōne solū distinguuntur.

**D**ubitatur: vtrum omnis proprietas individuali conueniens sit incommunicabilis. Respondet qz in individuo sunt duplexes proprietates. Quedam sunt que sibi competit ratione nature p̄mū. ut sorti conuenit esse risibile. et tales proprietates cōmunicabiles sunt. Alii sibi cōueniunt inquantum discretum est. et incommunicabile. que etiam sequitur collectionem accidentium in dividuantium. et tales incommunicabiles sunt.

**A**d rationes ante oppositū. Ad primam dicitur qz ad hoc qz aliquid sit genus sufficit qz aptum natum sit esse vnu in multis speciebus. sive ille species subsistit in rerum natura sive non. quia sive homo existat sive non hec semper est vera homo est animal. et est predicationis generis de specie. Et sic non requiritur qz habeat actu plures species in ultimo actu nature. sed requiritur qz habeat plures species actu loquendo de actu formalis et specifico. et sufficit aptitudo ad esse existente. quia in hoc consistit ille actus formalis et specificus. Ad secundam dicitur. qz si in ultimo actu nature nulluz esse animal ab homine neqz posset esse animal non esset genus. et sic pdicatur de homine predicatione identica. Ad tertiam dicitur qz non est simile. quia species fm̄ totam potestates eius est in vnu individuo. genus vero non p̄t esse in vnicā specie fm̄ totam potestatem. p̄ter cām iam dictam

**I**fferentia vero cōliter et p̄prie et magis pro

## Predicabilia

## Dorphyrii

prie dicitur. Contra quidem differre alterum ab altero dicitur: quod alteritate quadam differt quo-  
tius modo vel a seipso vel ab alio. Differentia so-  
cates a platone alteritate. et ipse a seipso vel pu-  
ero. vel iam viro: vel faciente aliquid vel quiesce-  
te et semper in aliquo modo habendi se alteri-  
tibus. Proprie autem differre alterum ab altero  
est quod inseparabiliter accidere ab altero differit. In-  
separabile accidentis est: ut nasci curuitas. ceci-  
tas oculorum cicatrix: cum ex vulnero occuluerit

Dagis proprie aut differre alterz ab altero  
di qñ specifica dñia differt: quemadmodū hō  
ab equo specifica dñā differt rationali qualitate

**U**lter ergo omnis dñs facit alteratū cuilibet aduenies s; ea que ē coiter et proprie alteratū facit solū. illa aut q ē magis pprie aliud.

**Q**ueritur **U**trum differentia vniuoce dicat  
de dñtia pnumi. pria. et magis pria. **A**rguit pmo q  
sic. qz dñtia pnumis et prie dicta in texu appellantur diffe  
rentia simpli. et cū dñtia magis prie dicta erit sic differ  
entia simpli. et nō snt qd. sequit qz dñtia equaliter et  
vniuoce dicat de illis tribz. **S**econdo sic. nomē dñtiae im  
positus est ab hoc qz est facere differre. hz libet efficer. culiter  
dñtiae puenit. ergo dñtiae vno noīe et vna rōne de illis tri  
bus dz. **I**n oppositiū est Porphyrins

**S**cindū est primo **X** ne multiplex indistin-  
ctū pariat fusionē Porph. pmo manifestat multiplicita-  
tem huius nōis dñitia, vt eliciat illā que est vnu de qngz  
pdicabilibꝫ sicut fecit de genere & spē. Sed nomē dñtie  
pꝫs fuit in vslu phoz q̄d in vslu ciuiliter loquētum. cu<sup>o</sup> ta-  
men oppositū fuit de genere & spē.

**Sciendum secundo.** Quidam multi sint modi divisionum finium quos in textu ponuntur plures divisiones in omnes modi et omnes divisiones reducuntur ad tres modos vel divisiones deinceps quibus dividuntur sex in communem, prout et magis propriam. Et alii modi divisionis continetur sub istis tribus rationibus sumptu ab effectibus certorum illoꝝ trium modorum, ut satis videbis in sequentibus.

**S**ciendum est tertio. q[uod] d[omi]n[u]s cōiter dicta  
est q[uod] alterū differt ab altero accētate separabili. vel vt h[ab]et  
x[er]us alteritate quadā seu quoctūz mō se habendī aliter  
ad seipm in diversis t[em]p[or]ib[us] vel ad alteruz. Sed d[omi]na p[ro]prie  
diera d[omi]ni qua alterū differt ab altero inseparabili accidente  
**D**[omi]n[u]s p[ro]prie diera d[omi]ni qua alterū differt ab al  
tero specifica differentia

**S**ciendum est quarto. q̄ ordo inter istos  
tres modos dupl̄ attendi p̄. **U**no mō fm naturā ipsa/  
rum dñiaꝝ. z sic p̄us dñitā d̄ de magis p̄pria. inde de p̄  
prie dicēa. z ultimo de cōi. **A**lio mō attendit̄ ordo quo  
ad nos. z tūc euerſis est ordo. qz accūs p̄mune a quo su/  
mitur dñitā p̄muniſ p̄us venit in cognitōem nostrā q̄  
pp̄iuꝝ. z pp̄iuꝝ dñitā esſentiāles rei. p̄us em distinguitꝝ.  
res p̄ accentia exterioꝝ q̄ p̄pria. z adhuc p̄us p̄ pp̄ia q̄  
p̄ dñitās specificas esſentiāles.

## Conclusio Dr̄ictia nō dicitur vniuersitatem /

logicē de istis tribus dñctiōēs. Probab. q̄ sube z accēntū nihil  
est p̄mune vniuocū. Sed dñctia magis p̄pria facit differe  
subaliter. alie p̄o accēntaliter. ergo dñctia de ipsis non dñ  
vniuoce. Secūda ps p̄z p̄ ultimū notabile

**Dubitatur.** Quare differentia sumpta ab  
accidente separabili de communis. Redetur qd non de ideo cōsis.  
qd rebus quas facit differre cōter insit. qd sūm hoc magis di-  
ceretur puenitētā dñi. Sed de cōsis. qd est in vsl vuln  
gariter loquentiū ranc̄ cōter nota apud omnes

**Dubitatur.** Quare differentia sumpta ab  
accidente inseparabiliter priora sit. Respondeatur quod per dicere priora ideo  
quod hanc rationem cognoscere priorum est sapientibus ratione vigescere  
tibi. quod ei non ita prompte se obicit sensui exteriori sicut ratione  
summis. ideo non est in visu summis omnium hominum sicut illa.  
Potest etiam dici priora. quod tale accidens a quo sumit in subiecto est per se unum mobile aut saltante cuius difficultate mobilem.  
Et in hoc magis accedit ad differentiam magis prioriam  
quam differentiam summis.

Dubitātē A quo accidētē inseparabili sumi-  
tur dñntia p̄pria. Rñdet q̄ sumis tam ab accidētē insepara-  
bili qd̄ p̄prium dñr et fluit ab c̄ntialib⁹ p̄ncipijs sp̄cijs et ē oīo  
imobile. q̄ etiā ab accidētē inseparabili qd̄ noī est tñm ex p̄ncipijs  
p̄prium c̄ntialib⁹ sp̄cijs. sed ex p̄ncipijs p̄plexionalib⁹ induit-  
dūi cuiusmodi est symitas vel aq̄linitas. et tale accidētē  
inseparabile mō iam dñcito. Sed dñntia p̄pria sumpta ab ac-  
cidētē inseparabili qd̄ est p̄prium magis accedit ad verā na-  
turā dñni q̄ illa q̄ sumis ab accidētē inseparabili sumi. qd̄  
accidētia p̄pria que fluunt ab c̄ntialib⁹ p̄ncipijs sp̄cijs magna  
partem ferunt ad cognoscendū qd̄ qd̄ est. vt hatef in pro-  
hemio de aia. et ideo vt in plurib⁹ dñntiis sp̄cijs nobis ig-  
notas nominib⁹ p̄prijs nos circuloquimur p̄ huiusmodi  
accidentia propria

**D**ubitāt. Qualiter idē dīr dīnā z accidēs  
Rūdetur q̄ hoc fīm diuersam p̄sideratōem est. Nā si ac  
cipiat̄ in habitudine ad subiectū absolute dīr accīns. si vero  
p̄siderat̄ p̄t subiectuz in quo est p̄ ipm ab alio differt dīr  
dīnītia. Sīl̄ dīnā magis p̄pria z sp̄es z hoc nōmē forma  
ab eadē resumūt̄ diuersimode p̄siderata. Nā illud q̄d  
est forma tripl̄ p̄siderati p̄. Unō mō vt est informans z  
subam faciens. z sic forma dīr. Alio mō p̄t formatū per  
ipm est in certa sp̄e z in certo gradu entis cōstītutū. z sic  
dīr sp̄es. Alio mō p̄t substitutū p̄ ipm zparat̄ ad aliud vt  
ab eo p̄ ipm differēs. z sic dīr dīnītia.

Dubitatur Q[uo]d intelligit illud dictu[m] Por.  
q[ue] scilicet d[omi]n[u]m cōis t[em]p[or]ia dicunt simpli[r] d[omi]ni. R[es]ponde q[ue] ibi  
accipi simpli[r] nō ut i[mp]ponit ei q[ue] est imp[er]fecte. sed accipi[re]  
ut id est q[ue] sine pluri sive sine addito. q[ue] nomine d[omi]ni h[ab]ent.  
et nō h[ab]ent vera r[ati]onē alia. sicut interdum ens f[un]ctio q[ue] d[omi]n[u]s ens  
simpli[r]. nō q[ue] h[ab]et r[ati]onē p[ro]p[ter] se p[er]fecti entis. sicut etiam ip[s]i in cer-  
to gradu. l[et]i d[omi]n[u]s ens simpli[r] sine determinatio[n]e alicuius. sicut i[us]  
terdum d[omi]ni hoie ydeota q[ue] nō e[st] bon[u]s neg[lig]at m[al]itia[rum] d[omi]ni dicimus  
q[ue] e[st] simplex h[ab]et. q[ue] nō hois p[ar]icipat. et nō hois operat[ur].  
¶ Ad r[ati]ones ante oppositū p[ri]ma soluta est. Ad  
secundā d[omi]n[u]s q[ue] ille act[us] q[ue] est facere differre nō p[ro]uenit eodes  
mō illis trib[us] d[omi]nūs. sed simpli[r] p[ro]uenit magis p[ro]p[ter] d[omi]ne  
aliis vero f[un]ctio q[ue] d[omi]n[u]s et adhuc magis p[ro]p[ter] d[omi]ne p[ro]uenit differentie  
propr[ia]tate cōmuni

Dominum ergo alie quide alteratum faciunt alie  
vero aliud, ille quide (que faciunt alio) specifice  
vocabatur, ille vero (quod alteratum) simpli dominue, aliali

em dñm adueniens rōnalis aliud facit et spēm  
aialis facit illa vero (que est mouendi) alteratū  
solū a q̄escētē facit. Quare hec quidē aliud d illa  
vero alteratū solum facit. Scdm igit̄ aliud fa-  
cientes diuisiones finita generib⁹ in spēs et de-  
finitōnes assignātur que sunt ex genere et hīmōi  
dñtis. Scdm aut̄ eas q̄ solū alteratū faciunt  
alteratio sola cōsistit et aliquo modo se habēdi  
pmutationes. A superioribus ergo rursus  
inchoanti dicēdū est. differētariū alias quidē  
ē separabiles. alias vero inseparabiles. mo-  
nici em q̄escere et sanū ē et egrū. et q̄cūq; his  
proxima sunt separabilia sunt. atuero aquiluz  
esse vel symum. vel ratōnale vel irrōnale inse-  
parabilia sunt. Inseparabiliū aut̄. alie q̄dē sunt  
p se. alie vero p accīs. nā rōnale p se inest hoī et  
mortale. et discipline ē pceptibile. atuero aqluz  
esse vel simū fm accīs et nō p se. Ille ergo q̄ p se  
sunt in substantie rōne accipūtūr faciūt aliud  
ille vero q̄ fm accīs nec in substantierōne acci-  
piunt. nec faciūt aliud h̄ alteratum.

Querit. vtrū diuisiones dñm in quarū pma  
dicit. Differentiaz quedā faciunt aliud alie alteratū sit  
sufficiens. Arguit q̄ non. quia ois differentia facit  
alteratū. vt textus dicens sic. vniuersaliter ergo ois dñm  
facit alteratū cuiuslibet adueniens. ergo illa diuisione est insufficiens.  
In oppositū est porphyrīus.

Sciendum pmo. q̄ alteratū duob⁹ modis  
potest accipi. Uno modo large p se scz dicit quācūq; diuersitatem sive essentialem sive accidentalem. Othoc  
modo nō accipit in predicta diuisione. Alio modo ac-  
cipit prie vt ē relativū diuersitatis accīs. et distinguīt  
tra aliud q̄ est relativū diuersitatis substantie. Et sic  
dñm cōiter dicit etiā prie dicta. q̄ sumūtūr a forma ac-  
cidentali faciūt alteratū. Differētia vero magis propa-  
que sumūtūr a forma substantiali seu essentiali facit aliud  
primo et formaliter. Sz en ex sequēti facit alteratū effe-  
ctue et nō formaliter. q̄ ad drām essentialem rei sequūtūr  
differentia accidentes. Ad uertēdū est tū q̄ alteratū  
pūt ē relativū accidentis adhuc dupliciter accipit. vno  
mō prie scz p alteratione. proprie dicta que nō est p se  
nisi fm qualitates de tercia specie qualitatatis. et isto mō  
nō ois dñm q̄ sumūt ab accidente facit alteratū. Alio mō  
accipit alteratū cōiter. pūt dicit quācūq; diuersitatem acci-  
dentalē. Et isto modo om̄is dñm sumūtūr a forma q̄  
nō est de essentia rei sive illa sit pprīum accidentis sive nō  
facit alteratū. Et h̄ mō sumūtūr dñm in diuisione p̄senti.

Sciendū scđo. q̄ inter differētias faciētes  
alteratū tū. et inter facientes aliud ponit textus duas  
dñmas. Prima ē q̄ ille q̄ faciunt aliud specificē vocantur  
id est ipsam spēm facientes. Sed facientes alteratū tū  
simpliciter dñm nolantur accipēdo. simplē sicut in pree-  
denti q̄stione positiū ē. Alia dñm. q̄ fm differētias faci-  
entes aliud sunt diuisiones generum et p̄stutioēs spe-  
cierū et assignationes definitionū quidditatiarum. Sz  
fm alias ista non sunt. Sed alteratio sola fm eas sit. q̄

per eas aliquo modo sit permūtatio. Est accipitū altez  
ratio large prout dictum est de alterato.

Sciendū tertio. q̄ textus ponit aliam dñi/  
sionē dñm sumptā penes cām dñmaz et imēdiate pcedēs  
sumūt ab effectib⁹. Est ergo tercia diuisione dñmaz. quedāz  
sunt separabiles qdā inseparabiles. Inseparabiles vero h̄nt  
cām firmā stante in illo i q̄ sunt ut sunt dñtis magis p  
prie q̄ sumūtūr a formis essentiali rei. Et etiā dñm p̄p  
q̄ qdā sumūtūr ab accītib⁹ p̄prie q̄ sunt accītia spēi. Et  
iste sunt oīno inseparabiles. Alii vero sumūtūr p̄prie ab ac-  
cidente cōi qdā inseparabile est. ppter cām quābz in pplexi  
one subiecti q̄ stans est p̄ pīmās. Et iste dñs sit cū dif-  
ficultate sepabiles. Sz dñtis sumptab̄ accītē cōi p̄tē  
causam de facilis mobilea subiecto sepabiles sunt.

Sciendū quarto. q̄ dñmaz inseparabiliū qdāz  
sunt p se et qdā p accīs. et est q̄tra diuisione dñtis q̄ ē sub  
diuisione vñm̄ mebi pcedētis diuisionis. Unde dñtis p  
se sunt q̄ in rōne substātie p̄cipūtūr et faciūt altū ut st̄s  
dñtis magis p̄prie. Differētia vero p accīs sunt q̄nec  
in rōne substātie p̄cipūtūr nec faciūt aliud h̄ alteratū.  
Et ibi accipit ro. p sola definitiōe q̄dditatuā. Un q̄uis  
accīs p̄prie qdā est accīs spēi p se pdicet dispē. nō tū p se  
p̄mo. h̄ p se scđo. q̄ nō ē de p̄stutioē essentiali spēi. h̄ p se  
quis ē subale pplexi et pfectū. Et ideo n̄ est de definiti  
one quidditatiua spēi licet sit de descriptua.

Sciendū q̄nto: q̄ dñtis p̄ qdā p̄cipūtūt ma-  
gis et minus et qdā nō. et est q̄nta diuisione dñm posita in  
textu de q̄ videbit in sequēti articulo. Et sicut p̄ sunt  
q̄cūq; diuisiones dñm q̄z. quartoz yltimū sunt declarati  
ne modoz diuisionis pīme q̄ sumūt vel p causas vel effi-  
ctus vel p̄prietates illoꝝ triū modorum.

Lōclūlio. pdicta diuisione differentie est bene  
assignata. Probat. q̄ ois dñm sumūtūr a forma sive a cā q̄  
differētia facit. vñ ḡ sumūtūr a forma essentiali vel a forma ac-  
cidētali. si p̄mū sic est dñm faciens aliud. si secundū sic est  
differentia faciens alteratum.

Ad rōem ante oppositū dñ q̄ porphyrīus vo-  
luit dicere q̄ Om̄is dñm facit alteratū capiendo alteratū  
cōiter. p̄ oī diuersitate sive essentiali sive accidentali.

Et ille q̄dem que p se sunt nō suscipiunt ma-  
gis et minus. ille vero q̄ p accīdēs sunt vel si in  
separabiles sunt intēsionē et remissionē. Flāne/  
q̄z genus magis et minus pdicat de eo cuiq; est  
genus. neq; generis dñm fm quas diuindit. ipē  
em̄ sunt que vniuersiūlq; vñū et idē. neq; intēsionē neq; re-  
missionem suscipiens est Aquilum aut̄ esse vel  
sumūtūr vel coloratūz aliquo mō intēdit et remittit  
ur. Lū ergo tres spēs differētiae considerētur  
et cū hee q̄dē sunt sepabiles. alie vero inseparabi-  
les. Et rursus inseparabiliū cūz hee quidē sint p  
se. ille vero p accīdēs Rursus earum q̄ p se sunt  
alie sunt fm quas diuindimus genera in species  
alie vero fm quas ea que diuisa sunt specifi-  
cantur. vt cum p se om̄es differētiae sunt hīmōi  
aīati et ināiati. sensibilis et insensibilis rōalis et  
irrōalis. mortalis et immortalis. ea q̄dē q̄ eaīa

# Predicabilia

ti et sensibilis dñna pstitutiva est substancie aia / lis. est em̄ aial substantia aata sensibilis. ea ve ro q̄ est mortal et immortalis dñna. et rōnalis et irrōnalis diuisine sunt aialis dñtie. p eas em̄ genera et sp̄es diuidimus. sed hec qdem q̄ diui siue sunt dñne generū pplete et pstitutive sp̄erum. Diuidit em̄ aial rōnali et irrōnali dñ. et rursus mortali et immortali dñna. Sed ea q̄ est rōnalis dñna et mortal is cōstitutive sunt ho minis. rōnalis vero et immortalis dei Ille vero q̄ sunt irrōnalis et mortal is irrōnali aialiū. Sic etiā et sup̄me substancie cū diuisina sit aata et in aiat dñ. et sensibil et insensibil aata et sensibil aggregate ad substanciam aial pfecterūt. Quoniam ergo eedē alio modo quidē accepte sunt pstitutive. alio modo aut̄ diuisine specifice oēs vocātur. et his maxime opus est ad diuisiones genetivū. et definitiones specierū. s̄ nō bis que fm accidēs inseparabiles sunt. nec magis bis que sunt separabiles.

**Queritur.** Utrū differentie p accidēs suscipiant magis et minus et nō differēte per se Arguit pmo q̄ non oēs differēte p accēs suscipiūt magis et minus. q̄ sp̄es nūeroz et sp̄es quātitatis dñtine que a speciebū nūeroz denoīre sunt et sp̄es figurarū que etiam a sp̄ebū nūeroz denoīre sunt nō suscipiūt magis et minus. Quia sp̄es nūeroz in indiuisibili consistunt ergo neq̄ differēte p accēs q̄ ab illis accidentib⁹ sumptre sunt. Secūdo arguit sic differēte p accidēs sumptre ab accidēte p se q̄d nō habet contrariū ut risibile aut hynnibile. aut etiā ab accēte cōi siue separabili siue inseparabili cū nō habent contrariū nō suscipiūt magis et minus. Quia intenſio et remissio sunt p separationē contrariū a contrario aut p mixtione cū contrario. Itē hō eq̄liter picipat ab oīb⁹ hōibus ergo et risibile. et p psequens non oēs differēte p accidēns suscipiūt magis et minus. Tertiō q̄ differētie p se suscipiūt magis et minus. q̄ vñus hō rationalis or est altero. nā vr dicit Aristo. quidā hoies sunt testiæles et vitam pecūdū eligentes. sed rōnale est dñna p se. ergo aliq̄ differēcia p se suscipiūt magis et minus. In oppositū est Por. sic dices ille quidē dñne q̄ p se sunt nō suscipiūt magis neq̄ minus. Ille vero q̄ p accidēs sunt suscipiūt magis et minus p intentionem et remissionem.

**Sciendū pmo.** q̄ p differentiam per se intelligi debet magis propria dñna. et p dñnas p accidens intellegunt oēs aliae differētie.

**Sciendū scđo.** q̄ p intentionē alicuius forme vel nature detemus intelligere accessum ad verū et pfectum nature terminū a quo causatur ratio nominis. Et ex aduerso p remissionē detemus intelligere recessum a vero termino nature in quo qdem recessu natura pmiscetur contrario si contrarium habeat. et etiam imscēt primitiōnē opposite sibi in termino oīno depurato a contrario. Unde sicut augmentatio et diminutio dicunt maioratio nem et minoratio et quantitatis et cōfūt per hec adverbia maius et minus. Ita intensio et remissio dicunt ma-

# Porphirij

loicationem qualitatū quem metaphorice quātitates p̄tritis dicuntur et significant per hec adverbia magis et minus. **Sciendū tertio.** q̄ duplex est forma quedaz est forma substancialis q̄ se realiter est de genere substancie. Et dñtia sumpta a taliforma non suscipit magis et minus de per se. Et ratio huīus est q̄ esse substancialis in indiuisibili p̄sistit. Alia est forma accidentalis et hec est duplex. qdam est cuius sp̄es in indiuisibili cōsistit q̄les sunt ille de quib⁹ est facta obiectio dubij. et dñne sumptre ab illis nō suscipit magis et minus. Ille forme sunt accidentales quarū sp̄es nō p̄sistunt in indiuisibili eo q̄ nō sunt ex seip̄is pplete et pfecte terminatae p̄prio termino et intrinsecō. sed terminātur ad aliquā extrinsecū quo variatio contingit in ipsi variatio. Et istaz sp̄es nō cōsistunt in indiuisibili. vt dicit Aquicena. Et istaz causa remissionis et intensionis duplex rep̄it quedā em̄ habet contrariū cū quo pmiscibiles sunt. Et est tūc intēcio p̄ se paracēm a contrario. Et hoc est qd̄ d̄t p̄bs in thopis. q̄ albius est qd̄ est nigro imp̄mixtus. Ille vero sunt q̄nō h̄nt contrariū. iō nō sunt pmiscibiles adiūce neq̄ ab una in alia fit mor⁹ p̄ se de h̄rio ī triū. Et cōfūt iste forme a subiectis ī q̄b⁹ sunt h̄mōtis. Et forme accidentales a q̄b⁹ sumptur dñne p̄ se q̄ ab habitudinib⁹ p̄ncipio p̄ essentiālū causant. Et sic in istis formis est intēcio et remissio nō p̄ se primo sed ex p̄sequēti cōfūtis sc̄z ad intēsionē et remissiōnē habitudinis et d̄spōnis ipius subiecti. Prop̄ qd̄ ille hō risibilior est qui abilioz est ad ammirandū et q̄ minus abilioz est minus aptus ē ad ridēdū. Et tales forme nō sunt p̄ se intēsibiles sicut ad eas nō est p̄ se motus. Et sunt intēsibiles et remissibiles p̄ accēs tantū.

**Conclusio respōsalis Differentie p accidēs** q̄sumuntur a formis q̄ sp̄es in indiuisibili nō p̄sistunt suscipiūt magis et minus et dñtia p̄ se nō. Prima p̄spater q̄ in oī forma q̄ est extra essentiā rei nec p̄sistit ei⁹ eē nature penitus in indiuisibili p̄ eē accessus ad verū natūrū terminū et ab eo recessus. ḡ oīs talis forma est intēsibilis et remissibilis. Tener dñna p̄ an dicta. Scđo p̄ p̄ se q̄ differētie p̄ se sunt dñne. q̄ vñiuscūiū p̄ rei p̄plē rationē p̄cante esse substancialis siue q̄dditatū rei sed esse substancialis siue quidditatū rei semp̄ vñum et idem est neq̄ intēsionē neq̄ remissiōnē suscipiēs ut habet tex̄tus. ḡ tales dñtia nō suscipiūt magis neq̄ minus.

**Ad ratiōnes Tres p̄me solutes sunt.** Ad quartā rūdet Aquicena. q̄ forma substancialis triplē p̄ cōsiderari. vno⁹ vr est dans cē et substancialiam facies. et sic dñ forma q̄ neq̄ intēsibilis neq̄ remissibilis est. Alio⁹ p̄t informatū et p̄stitutū p̄ ipam p̄partū ad aliud alteri⁹ sp̄ei est ab eodē. Et sic dñ dñna et adhuc nō suscipit magis neq̄ minus. Tertiō mō vr est opatōis p̄ncipiū. et tūc opatōis cuius est p̄ncipiū p̄ duplex p̄ciderari. Un⁹ ex p̄cipiō forme. et isto mō magis et minus nō suscipit talis actio. Alio⁹ ex p̄ se sui subiecti cui⁹ est talis actio. et isto mō suscipit magis et minus. q̄ alio⁹ in subiecto sunt aliqua q̄ p̄mouent ad agendum et aliqua que imp̄diunt.

**Quas etiam determinantes dicunt. Differēcia est qua sp̄es abūdat a genere. homo em̄ ab aiali plus habet rōnale et mortale. animal em̄ neq̄ ipm nibil horum est.**

**Queritur Utrū prima definitio differentie sic bñ assignata in qua dicitur Differentia est qua abūn-**

dat sp̄es a genere. Arguit p̄mo q̄ nō q̄ sp̄es nihil aliud a genere continet. q̄ non abundat a genere. Ans p̄ bas. q̄ genus dicit totam essentiam sp̄ei. etiā dīna nō est aliud a genere. Consequētia p̄t. q̄ illud qd̄ dicitur habundare ab alio continet ipm. et cū hoc aliqd̄ aliud. ḡ r̄c. Scđo sic genus continet plures oppositas q̄b̄ diuidit. Sp̄es vero vñā eārū tñ̄ continet. q̄ genus est habū danti sp̄ecie. In oppositū est Por. in p̄tī caplo.

Sciendum p̄mo. q̄ genus continet dīnas q̄b̄ diuidit p̄tātētū t̄ nō actu. Quia cū oppositio sit causa divisionis. opter dīnas quib̄ diuidit genus oppositas esse. Et cū sunt forme absolute t̄ positivē sequitur q̄ opponuntur contrarie. q̄ si acu esent in genere contraria simul essent actu in eodem qd̄ est ī impossibile. sic q̄ gen nō continet actu dīnas qbus diuidit. sed continet eas potestate tantum.

Sciendum secūdo q̄ cū dicitur differentia est qua habūdat species a genere sic debet intelligi q̄ species ultra genus actu t̄ intellectu includit differentiam per quam contrahitur genus ad sp̄em. Et in p̄posito illō dicitur includit actu in alio quod est de definitione cēntī ali eius. Ex quo p̄t. q̄ genus tam actu q̄ intellectu includit in sp̄e p̄pter causam sepe dictam. Sed neq̄ genus in dīna neq̄ dīna in genere actu t̄ intellectu includit. vñā em̄ nō p̄cipiat aliud. et ita bene dictū est q̄ sp̄es habūdat a genere p̄ dīnam. q̄ sp̄es actu t̄ intellectu includit dīnam cū genere qua qd̄ dīnam genus includit potestate tñ̄. Ex dictis patet q̄ predicta definitio differētie communiter t̄ p̄prie dictis dīnīs nō operit. quia tales sumuntur a formis accidentibus que sequuntur p̄pletum esse rei. ideo neq̄ actu neq̄ intellectu includuntur in ipa. s̄z magis ecōtra q̄a subiectum est de intellectu accīt̄.

Conclusio. predicta definitio est bene assi gnata. patet quia conuenit omni t̄ soli differentie magis proprie. ergo est bona. non tamen est definitio quid ditatiua. sed est descriptiua. Declaratiua nature differētie magis proprie dicte per diuersum modū se habēdiad speciem et ad genus.

Dubitatur. cum proprium sit qualitas sp̄ei et accidēt̄ q̄litas indiuidui et differētie magis propria sit qualitas generis. Quare differentia ut est vñā de qn̄ q̄ predictabilibus sumuntur magis a qualitate generis q̄ a qualitate speciei vel indiuidui. Causa est quia p̄ qualitatē generis vña res differt ab alia essentialiter. et ideo talis qualitas habet modum predicandi in quale distinc tum a proprio t̄ accidēte sed p̄ qualitatē sp̄ei t̄ indiuidui vña res solum differt ab alia accidentaliter. et ideo nō habent hīm̄i qualitaires modum predicandi distinctus a proprio t̄ accidēte.

Dubitaf. quot sunt actus differētie et quis eoꝝ est prior. Respōdetur q̄ sunt duo actus. sc̄z diuidere genus t̄ constitutere sp̄em. Et dicit ultra q̄ differētia prius p̄m naturam diuidit genus q̄ constituit sp̄em. q̄a non potest intelligi q̄ cōstituat sp̄em nisi iam exierit generis potestate. et sic diuidere p̄tātē generis est pro prius actus eius a quo magis sumptum ī nomē differētie q̄ est vñā de quinque p̄dicabilibꝝ. et sic acu t̄ constituēdi loquēdo p̄prie nō quenit dīna p̄m q̄ dīna s̄z magis p̄m q̄ ē forma in formās t̄ substantiam facies. Et est aduentum q̄ facere differēte detet dici effectus sequēs ad act⁹.

